



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 14. Julius II. Bononiam reversus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1512.

## §. XIV.

*Julius II. Bononiam reversus.*

Guicc. l. 10.  
sub fin.  
Paris de  
Grassis apud  
Raynald. l. c.  
n. 57.

Igitur Julius II. Papa, qui paucis ante mensibus fatali calamitatum concursu premebatur, mira rerum vicissitudine jam votorum suorum plene compos fiebat, cum Ravenna, Bononia, totaque Romandiola recuperata, Gallique ex Italia pulsi essent: Hucusque enim Bentivolii Bononiam occupabant, verum illi, si forte a Papa invaderentur, omnem illius indignationem veriti, fugam capiunt, remis- sis ad Gallos trecentis lanceariis, quibus præsidii pars constabat. Verum in horum quoque fugientium tergis hærebant Foederati, eosque una omnes trucidabant, ne unico quidem sagittario fuga vitam redimente. His ita expulsis, Bononiensis Magistratus ad Papæ pedes pro- volutus, pro civibus delicti veniam ex- orabat, qua tamen demissione ut ut inso- lita Pontifex minime flectebatur, Bono- niensibus acerbis habitis (\*).

## §. XV.

(\*) Ita Continuator: Paris autem de Gras- sis Auctor cœvus & ipse præsens refert: Bo- noniam ingressi sunt die 13. Junii, excepti a populo festiviter, & se excusantes, quod si quid resistentiæ per ipsum populum factum fuerit